



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula describendi statum Clericoru[m], vel eorum qui clericali militiae
adscribendi sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

iusque ecclesie, & altaris separatim, & reliqua suppellectilis Sacrilitie cuiusque generis; & omnia alia inuentaria, indices, & alia exhibita à Parochis in executione instructionis pro visitatione ante transmissa.

Citationes.

Præcepta.

Comparationes.

Relaxationes.

Sequestra, &

Relationes eorum.

Alia etiam eiusmodi.

Institutiones, & confirmationes locorum piorum.

Index diarius scripturatum recepturatum vel datatum.

Regula eorundem.

Notarius substitutus visitationis, iuxta regulas præscriptas in causis civilibus & criminalibus, omnium scripturarum, vel publicæ auctoritate munitarum, vel aliarum quarumcunque, quæ ad illius manum devenient occasione visitationis, necnon & actorum ipsius visitationis, conficiet indicem die tim, servata ratione data Cancellario in eo genere.

Consignatio Cancell.

Eadem ratione notet etiam, si quas scripturas foris dari oportuerit, postquam ad illius manum pervenerint.

Cum primum redierit ex visitatione, infra tres dies consignet acta, tam prima illa in folijs conscripta, quam etiam post redacta in librum, cum suis indicibus, & alijs scripturis quibuscunque Cancellario per inuentarium.

De libro Indice multarum.

Cancellarius habeat librum indicem; in quo describantur summam omnes multæ, & condemnationes, ac poenitentia, quæ pecuniariae sint; vel rerum, quæ pecunia appellacione censeri possunt: etiam si ex causa Sancti Officij Inquisitionis sint, etiam per Vicarios foraneos, aut Visitatores, aut etiam per literas, aut alias etiam extrajudicialiter impositæ; cum nota cautionum, & terminorum datorum pro satisfactione illarum.

Quæ pertinent ad disciplinam morum clericalium.

Si liber perpetuus unus, & plures, quotquot necessarij erunt pro descriptione status personalis Clericorum singulorum huius Dicecesis: & eorum, qui Clericali militie proximè adscribendi sunt. In eo describatur singulorum status exactè, ad infra præscriptam formam.

De libro status personis clericis.

Formula describendi statum Clericorum, vel eorum qui clericali militie adscribendi sunt.

Primo ponat in capite pagine, si in Urbe domicilium habeat, nomen suæ portæ, seu regionis Urbis, tunc Parochiæ: si in Dicecesi, Plebis & Parochiæ, & oppidi vel Vici, in quibus domicilium habeat.

Domicilium.

Idemque servetur, si alienigena sit.

Secundò ponatur dies, mensis, annus, quibus describitur status huiusmodi: idemque fiat suo loco, quoties aliquid addetur in descriptione huiusmodi status.

Tempus descriptionis status.

Tertiò Nomen, & Cognomen, & locus originis, cum eisdem conditionibus, quibus dictum est in descriptione domicilij, & vitæ præteritæ, præsertim antequàm clericali militie adscriberetur; artisque professio, si quam professus est.

Nomen cognomen & professio.

Quartò, Parentum Nomen & Cognomen, conditio generis, vitæ ratio, vel artis professio, nunc, & olim: fratrum quoque, & sororem numerus. Si cui præterea ex his alijsve agnatis necessaria utilisque sit illius opera, ad vitæ sustentationem, ad custodiam, tutelam, curationem, vel administrationem.

Parentes.

Quintò, Patrimonium proprium, an commune cum alijs, re ipsa, an spe successione legitime, eiusque valor, & redditus annui, pro portione ad illam quoquo modo pertinentes.

Patrimonium Habitatio.

An xris alieni onera.

An litium civilium profanarum, vel criminalium, implicationes.

Sextò, Habitatio ubi; & si in vicinia suspecta sit; & an ædibus ecclesiasticis, vel secularibus; & an proprijs, vel alienis; & à quo tempore citra habitat in illis.

Si earum pars, vel alix ædes illis coniunctæ; vel quæ commonem cum illis aditus ianuam habeant, à laicis habitentur; & quo nomine; & habitantes cuius conditionis, vitæque rationis sint: si inter eos foemina; etiam illæ, cuius ætatis, atq; conditionis.

Si communem mensam habeat cum laicis, etiam agnatis.

In hisq; omnibus ponatur quæ licentia, vel si sine ea.

Familia.

Septimò, quam familiam habeat.

Quos Clericos in ea; & in quibus eorū opera utatur.

Si foemina in ea sint; cuius ætatis, conditionis; & quæ licentia.

Habitus, & vestitus.

Octavò, Habitus ipsius qualis sit describatur; si cincinni in capite, vel alia huiusmodi, quæ præferunt cordis vanitatem.

Si consura incongrua ordini suo.

Si Pileum acutum, vel sericum.

Si labrorum superiorum pili, barbæ non rasa, aut non propè cutem omnino incisa.

Si mantellum breue nimis, is cui liceat deferre; vel adhibeat is, cui non licet; vel longū etiam deferat, qui non debet.

Si pallium appellatum Ferraiolo, deferat extra tempus pluuie, & eiusmodi: aut tunc etiam sine veste interiori talaris, aut ad collum non ad formam.

Si serico ornata indumeta quæcunque, vel alterius coloris quàm nigri, etiam vestis domestica; vel sordida, & lacera- ta, vel incompositè gestata.

Si vestis interior non talaris.

Si vestes reflexæ post collum, aut ante apertæ; etiam si domesticae.

Si manicæ strictæ pendent.

Si caligæ turgidæ.

Si lactucæ manicis, vel collo; vel acn elaborata collaria.

Si anulos cui non liceat; aut si licet, is tamen non eo lapide ornatus est, qui ecclesiasticum hominem decet; aut plures adhibeat.

Si cingulum coriaceum.

Si afferat odores.

Si ligamina accincta subtus genua.

Si pera ferro fulcita.

Nonò, corporis habitudo.

Si notabilis deformitas, defectusve re-

pectu visus, auditus, loquelæ, gibbi, claudicationis, mutilationis membrorum, tumoris in gutture, cicatricis, vel alterius signi in facie.

Si aliqua inualetudine insanabili, vel diuturna, stativè temporibus illum vexant; vt pectoris, stomaci, capitis, lepræ, morbi caduci, paralyfis, malinconicæ &c. Si incessus, gectusve in aliquo corrigendus.

Decimò. Dotes animæ.

Si indoles bona, vel mala: & an præse- rat ingenium, memoriã, capacitatem, & spem profectus pro ratione ætatis, vel non.

An peritiam legendi, distincteque pronuntiandi habeat sine barbarismis, & alijs similibus erroribus.

Si scribendi competèter, vel etiam perfecte; & aptus ad discendum, vel etiam docendum alios.

An doctrinæ Christianæ iuxta libellum interrogatorium commonè; vel si etiã Catechismi Canissii, vel etiam Romani.

Si in ea docenda vel discenda non incumbit in eò loco in quo adscriptus est.

Si non eorum quæ spectant ad ordinem quo insignitus est, scientiam habet.

An Grammaticæ in minoribus regulis, & constructionis grammaticalis, & edicendi sensus.

Si intelligentiæ linguæ latinæ.

Si componendi latinè.

Si etiam epistolas.

Si orationes.

Si logicæ.

Si Philosophiæ; & à quanto tempore citra.

Si Theologiæ; & à quanto tempore citra.

Si huiusmodi studijs ordinatè faciendis saltè aptus, adeoq; illis iam adscriptus, vel nunc adscribendus.

An non aptus, ideoque extraordinaria opera ad alia studia adiuuandus; scilicet via compendiaria; & in ea adscribendus primæ, secundæ, tertiæ, vel quartæ classis.

An saltè necessariam sui ordini sacerdotali cognitionem sacrificij Missæ habeat; vt non suspendendus sit à celebratione.

An etiam vltiorem notitiam habeat mysteriorum Missæ, præsertim canonis.

An etiam vltiorem notitiam habeat mysteriorum Missæ, præsertim canonis.

Cōpositio, & habitudo corporis.

Animi doctes, studia, &c.

An ritè calleat Cærimonias Missæ ritu Ambrosiano; vel etiam Romano; vel non.

Si etiam Cærimonias chori in officijs solennibus.

Si ad illas regendas, aliosque docendos nunc aptus, vel aliquando futurus.

An versatus in aliquibus libris spiritua- libus; & quibus.

Si in casibus conscientia ver satus, præ- cticè saltem.

Si etiam Theoricè, & quantum.

Si audierit Confessiones, vnquam.

Si ex Confessoribus deputatis pro Cle- ro, vel etiam pro Monialibus.

Si exercuerit curam animarum; & quan- diu; & ubi.

Si nunc aptus ad huiusmodi.

Si ad Conciones in suggesto aptus scien- tia, ac etiam actione.

Si saltem ad sermonizandum certis lo- cis, vel confratribus, vel Monialibus, vel saltem in altari, vt Parochus.

Si in hjs diutius se exercuerit; & qui- bus locis.

An nunc id minus obeat Parochus in sua ecclesia; alijs in ea, cui ad hoc præ- standum adscriptus est.

Si neque ad legendum ad altare aptus est.

Si aptus ad docendum; & quæ scien- tias, & lectiones; & quomodo.

Si ad repetendû; & quomodo; quid ve-.

Si ad præfecturam aliquam studiorum, vel lectionum, & exercitiorum huius- modi obeundam.

An in conferentijs casum ponendus in prima, secunda, vel tertia classe.

Si aptus futurus sit ad huiusmodi aliquo tempore.

An habeat libros requiritos, scilicet Breuiarium, Psalterium, Calendarium, Sacra Biblia, Catechismum Romanum, Concilium Tridentinum, Concilia Pro- uincialia Mediolani, Constitutiones Sy- nodales Diocesanas, Instructiones Fab- ricæ & suppellectilis Ecclesiasticæ.

Et si Parochus est, Homiliarium; & Sum- mam Antoninam, & alias probatas, & instructiones Prædicatorum, & Confes- sorum, & Parochorum.

An præterea emerit libros illi speciali- ter iniunctos; & operam dederit illis,

& studijs illi iniuribus olim.

Si non sub Magistro assignatis.

Si profecerit, vel ne; & quantum ipse aliud examen.

Si spes sit vt proficiat, vel non.

An mediocris pericia cantus firmi.

Si etiam Figurati.

An id practicè tantum, vel etiam Theo- ricè.

Si componat musicè.

An aptus ad huiusmodi discendum.

Si etiam ad docendum alios.

Si actu nunc doceat.

An profecerit discendo, vel ne.

Si saltem profecturus.

Si non sub Magistro, cui fuit adscriptus.

Si cænat; an habeat libros musicos pro- nos.

Si psallere sciat organo.

Si etiam alijs musicis instrumentis; & quibus; & si adhibeat vnquam illicita clerico.

Si pericia scribendi; & scientia literarum aptus ad Notariatum clerici.

Si saltem futurus aptus.

Si dederit operam legibus, civilibus, vel etiam sacris Canonibus; & quamdiu.

Si in Theologia, vel vtrique iure, aut sa- cris Canonibus tantum doctoratus.

Si in Seminario, aliquo Collegio, Con- sortiove Ecclesiastico, aut in congrega- tione oblatorum Sancti Ambrosij ad- scriptus est; & aliquo tempore; & quo gradu, conditionibus.

Si in illa ex præfecturis, congregatio- nibus, officijsve ecclesiasticis infra de- scribendis constitutus est; aut idoneus qui constitui possit.

Si legitimus.

Si de ea constat per processum formati & approbati a deputato.

Si illegitimus; qualis sit illegitimitas; & ex quibus.

Si super ea legitime dispensatus ad ali- quos; vel ad omnes ordines; vel etiam ad beneficia simplicia; vel etiam ad alia quæcunque, etiam curata, & digni- tates.

Sub quibusque conditionibus, sint illæ seruata.

Si alienigena.

Si obtineat beneficium in diocesi, & ob- id iam factus Diocesanus; vel diutur- nitate.

nitate temporis, adiunctis alijs circumstantijs, necessarijs, contraxit domicilium in diocesi.

Si alioquin dimissoriam habeat à suo ordinario, à quo data sit.

Quò tempore.

Si ad tempus; & quantum; an verò indefinite.

Si ad executionem ordinum tantum; an etiam ad suscipiendos ordines; & quos.

Si ad beneficia; & que.

Quibus de causis concessa Dimissoria.

Quibus conditionibus.

Quibusve attestacionibus.

Quos ordines habeat.

A quo fuerit promotus, & vbi.

Quo die, mense, & anno.

Ad quem titulum beneficij, vel Patrimonij.

Si ad patrimonium ordinatus, an verò illud possideat.

Si ante aetatem, & extra tempora promotus.

Quibus facultatibus, & dispensacione; & an omnia rite, & rectè expedita, & examinata.

Si habeat beneficia, regressus, pensiones, & reservaciones; & quam, seu quas; & eorum literas omnes expeditas habeat.

Si obtineat plura beneficia inuicem incompatibilia.

An dispensatus super pluralitate ipsorū beneficiorum.

Si in his omnibus aliquis defectus aut vitium nullitatis, vel subreccionis, &c.

An dicat horas canonicas; & si sacerdos sit, Missam celebret ritu Ambrosiano, an Romano; & si alio ritu quàm debet, qua facultate id faciat.

Si collegiatè officium recitet, & in quo loco, & ecclesia: idq; si quotidie pro ratione oneris incumbentis suo beneficio.

An non arctatus beneficij ratione, Parochialis diebus festis coadiuuet in vesperis, & alijs officijs solennibus.

An præterea diebus festis contineat ad Missam maiorem, & vespas, in alia ecclesia cui adscriptus est, ibiq; sua munera, & ordinis functiones assignatas exerceat, vel non.

An constetatur Deputatis pro confessione sacerdotum: vel si clericus inferior, Deputatis expressè pro ipsis clericis

inferioribus, vel non; & cū ex his; & à quo tempore citra, & quous in mense.

An Sacerdos Missam saltem diebus festis, & Clericus inferior communionem frequentet, saltem bis vel semel in mense, iuxta Decretum Prouinciale.

Idq; quò ad inferiores, in ecclesia, cui adscripti sunt; & an inter Missæ solennis sacrum; & de eo fidem exhibeant, iuxta formam: & à quo tempore citra.

Si Sacerdos, in qua ecclesia celebret Missam; & quantam elemosinam ex eo, & à quibus, & quo nomine percipiat.

An licentiam habeat ibi celebrandi, & que an ad tempus, vel perpetua, vel reuocata.

Si celebret in ecclesia Monialium, habeatque ad id specialem licentiam, vel non.

An eius licentiæ condiciones seruata ab illo.

An benè audiat in Vicinia sua; & vbi per plures annos ante versatus est: prefertim in aliqua administratione, officio, vel beneficio; vel è contra.

Si ex processibus Criminalibus fori Archiepiscopalis aliquid contra eum pendet; nunc autolim pronunciatum sit, siue condemnando, siue absoluendo.

Si quædam extat suspicio, vel querela, aut denunciatio contra eum, ex memorialibus positis in filcia, vel libris statis in Cancellaria, non tamen adhuc deductis in processum.

Non erit tamen necesse scribere responsum ad omnes singulas supra descriptas interrogaciones; sed illas tantum, quæ ponuntur absolute, vel per interrogacionem: An, quæ verò per conditionem, si, earum responsum scribatur, si erit affirmatiuum; alioquin non.

Nullus autem ordo sit in describendo vnum; vel aliud prius; sed singula nomina habeant tres vel quatuor chartas; in quibus addi possint dietim, quæcunque superuenerint ad eorum statum pertinentia.

Ei libro sit Index alphabeticus ordine nominum cuiusq; clerici, cum numero foliorum libri, vnde reperiri possit statim illorum status: & cum titulis singulorum Beneficiorum quæ obtinent in hac Diocesi, vel etiam in aliena.

Alij præterea indices plures ex libro status extracti ad clericalem disciplinã pertinentes, vel ad vsum variorum negotiorum huius regiminis.

Ponatur Parochia, & locus sub ordine alphabetico nominum ipsorum.

Clericorum singulorum in Ciuitate commorantium.

Clericorum in Diocesi commorantiũ.

Clericorum huius Diocesis extra eam commorantium: in hoc ponatur locus, in quo morantur; & quid profiteantur.

Clericorum alienæ Diocesis in hac Ciuitate vel Diocesi commorantium: in hoc fiat mentio de Domicilio contracto, Dimissoriae, aut Beneficio, cuius vti legitime hic morantur.

Clericorum sigillatim, qui habent dimissorias literas, qui possint accipere & ordines & Beneficia in hac Diocesi.

Clericorum commorantium in singulis Portis vel Regionibus Urbis, & Plebibus Diocesis, ordine Portarum, & Plebium, & Parochiarum.

Clericorum cuiusque ecclesiae, siue Metropolitanæ, siue collegiatæ, siue Parochialis.

Primò dignitates obtinentes.

Secundò Canonici.

Tertio Beneficiati alij choro adscripti.

Quartò Capellani, & alij mercenarij.

Quintò Capellani Titalares, & eiusmodi.

Sextò adscripti pro functionibus exercendis in singulis ordinibus suo ordine.

Præpositorum Diocesanorum nomina, ordine prioritatis quo quisque consecutus est præposituram: vt sit ordo in illis vocandis nominadisve in Synodo Diocesana, & processionibus, & huiusmodi.

Idem de singulis Parochiis cuiusunque Portæ, Plebisve, vt ordine conueniant.

Idem de Canonicis, & alijs beneficiatis cuiusunque Ecclesie Collegiatæ in Urbe, & Diocesi; prout ratione possessionis adeptæ beneficij, vel admissionis ad residentiam, solent ipsi inter se præsedere.

Clericorum, qui in Diocesana Synodo fidei professionem emiserunt; idque præter notam in actis Synodi retinendam.

Protonotariorum.

Theologiae Doctorum.

Canonum Doctorum.

Prædicatorum.

Confessorum populi.

Confessorum Sacerdotum in Ciuitate & Diocesi.

Confessorum Clericorum qui nondum Sacerdotes sunt.

Confessorum ordinariorum Monialium.

Confessorum extraordinariorum Monialium.

Adscriptorum singulis Classibus scholarum, & studiorum, ac lectionum, siue Braida, siue in Aedibus Archiepiscopilibus, siue in singulis portis Urbis, alijsve scholis deputatis, siue in Plebibus diocesis.

Adscriptorum alijs varijs scholis, vt cantus, vel scribendi, vel huiusmodi.

Consortiorum ipsorum Clericalium.

Clericorum cuiusque consortij Clericalis.

Clericorum cuiusque Seminarij.

Clericorum, qui petunt adscribi Seminario, cum filicia cedularum relationis de eorum examine, & breui statu.

Clericorum Oblatorum Sancti Ambrosij.

Clericorum qui petunt admitti in ea.

Adscriptorum singulis scholis doctrinae Christianae.

Adscriptorum singulis ordinibus maioribus vel minoribus.

Adscriptorum singulis locis, Monasterijsve, vt ibi peccata sua confiteantur.

Clericorum nullum beneficium habentium.

Clericorum habentium beneficia incompatibilia; & quæ.

Clericorum transferendorum ab vno ad aliud beneficium.

Clericorum inhabilium, vel decrepitate, vel valetudine &c.

Absentium à debita residentia suorum beneficiorum.

Clericorum absentium causa studij à Diocesi.

Clericorum absentium causa studij à suo beneficio residentiali, sed Mediolani studentium.

Clericorum absentium ad tempus cum licentia.

Clericorum relegatorum certis locis, aut exulantium; cum filicia testimoniorum quæ affirmant.

Clan.

Clericorum, quibus negata aliqua licentia; & qua de causa; vt videatur, si iterū petant.
 Clericorum, qui commendati sunt aliorum certae curae.
 Clericorū varijs dotibus talentisve praedictorum, vel aptorum ad varia officia.
 Qui apti concionibus.
 Qui caeremonijs docendis, exercēdisve.
 Qui musicae firmæ, vel figuratae docēde.
 Qui peritiæ scribendi, & eam docere possunt.
 Qui lectionibus, vel repetitionibus grauioribus.
 Qui ludis Magistri officio.
 Qui audiendis confessionibus; & an clerici, vel Monialium, vel Licentiorum tantū.
 Qui exorcismis in energumenos exercendis.
 Qui Pueri apti vitæ Clericali.
 Qui apti Seminario Sancti Ioannis.
 Qui Canonice Seminario.
 Qui Seminario Caprini.
 Qui Beneficijs Curatis.
 Qui alijs locis adiuuandi in studijs, vel moribus.
 Qui apti alijs adiuuandis in moribus; vt illorum curæ accommodentur.
 Qui item in studijs, alijsve artibus liberalibus.
 Qui apti varijs Praefecturis, congregationibus, consultationibus, alijsve officijs, infra descriptis.
 Vicarius Generalis.
 Consultores Sanctae Inquisitionis.
 Doctores, partim in Theologia, partim in Canonum scientia.
 Praefecti Ciuitatis & Diocesis Generales duo.
 Praefectus Ecclesiae Metropolitanae.
 Vistatores & Praefecti regionum Ciuitatis sex.
 Vicarius Ciuilis.
 Vicarius Criminalis.
 Aduocatus Fisci.
 Promotores Fisci duo.
 Auditores ad arbitrium Archiepiscopi.
 Praefectus executionis reformationis Tribunalis.
 Protector causarum piarum.
 Protector Carceratorum.
 Aduocati causarum piarum, & pauperū.
 Procuratores pauperum.
 Solicitator.
 Praefectus spiritualis Carcerum.
 Consultores congregationis causarum.
 Cancellarius Archiepiscopalis.
 Notarij substituti Cancellariae.
 Scriptores Cancellariae.
 Pœnitentiarius.
 Consultores Pœnitentiarie.
 Pœnitentiarij minores.
 Vicarius Monialium.
 Consultores congregationis Monialium.
 Praepositus Generalis Sancti Sepulchri.
 Praepositi cuiusq; domus Collegiate ac consortij eiusdem Societatis.
 Alij Ministri eiusdem Societatis.
 Rectores plurium Seminariorum Mediolani, & foris.
 Praefecti & alij ministri eorundem Seminariorum.
 Rector, & Ministri plures Collegij B. Mariae, tum Collegij Heluetiorum.
 Rector, & Ministri Collegij.
 Clericatus Sancti Simonis.
 Syndici Cleri Portarum, seu regionum Urbis.
 Vicarij Foranei.
 Praefectus, & examinatores praedicatorum.
 Praefectus, & examinatores Parochorū.
 Praefectus, & examinatores pro sacra ordinatione.
 Praefectus, & deputati Seminarium.
 Praefectus Generalis, & alij Ministri inferiores vitæ Christianae.
 Praefectus Generalis orationum, & quadraginta horarum.
 Praefectus, & consultores studiorum Cleri.
 Lectores, & ludimagistri pro Clero in literis, vel peritiæ scribendi, vel cantu, vel caeremonijs.
 Praefectus, & consultores congregationis caeremoniatum.
 Praefecti calculis distributionum collegiarum in vrbe duo.
 Praefectus sacrarum picturarum, & librorum.
 Praefectus fabricarum ecclesiarum.
 Praefecti sacrae suppellectilis, duo.
 Praefectus fabricae Ecclesiae maioris.
 Praefecti alij eodem ex capitulo, tres.
 Archiepiscopus Oeconomicus Canonice Ordinarius Metropolitanae ecclesiae.
 Prae-

Præfectus Hospitalis Mendicantium.
 Præfectus fabricæ Sancti Sebatiani.
 Præfectus deputatus Capucinarum.
 Præfectus hospitalis Pietatis.
 Præfecti inferiores ibidem ecclesiastici sex.
 Præfecti hospitalis maioris duo.
 Præfectus, & deputati hospitij sex.
 Testes Synodales Prouinciales.
 Testes Synodales Diocesani.
 Punctatores collegiatarum.
 Punctatores funeralium, & festorum.

Libri pertinentes ad Seminarium, & societatem Oblatorum Sancti Ambrosij.

Libri iurii.

Habeat librum iurium Seminarij, in quo hæc descripta sint extense: Erectio & institutio Seminarij. Vniones quæcumq; eidem factæ. Literæ confirmationis Apostolicæ, & aliorum priuilegiorum. Inuentarium bonorum & iurium. Constitutiones & regulæ.

Libri actorum.

Habeat item librum actorum congregationis Seminarij. In eo sint etiam deputationes Rectorum, ac deputatorum pro tempore, tam spiritalium, quam temporalium. Iudex etiam aliorum quorumcumq; officialium.

Lib. Clericorum adscriptorum.

Habeat item librum Clericorum Seminario adscriptorum. In eo describantur dietim qui admissi fuerint, cum conditionibus quibus admissi sunt, scilicet. Si quidquam annuatim soluant. Qualis causa, & quando data. Clerici status breuis, scilicet. Nomen, & Cognomen eius, & patris. Aetas clerici. Patriæ habitationisve locus, Parochia, Plebs, porta ve, si in vrbe est. Qualitas literarum dimissoriarum, si alienæ diocesis est. Ordo quem habet. Beneficium, si quod habet. Talenta, & progressiones cuiusq; in studijs, & moribus.

Similes libros habeat in omnibus fere pro societate Oblatorum S. Ambrosij.

Libri examinum in genere.

Habeat librum non authenticum; in quo describantur examina, quæcumque fiunt in genere ad cognoscendam scientiam alicuius sine certa approbatione, ad aliquod Beneficium, vel ad ordines.

Describantur in hoc libro nomina eorum qui examini interfuerunt, & dies examinis, & status examinati breuis, scilicet.

Nomen, cognomē, habitatio, Parochia, & Plebs, seu Porta, Aetas, Ordo, Beneficium, & scientia demum.

Index huic libro sit, cum nominibus eorum qui examinantur.

Libri Sacrarum Ordinationum.

Habeat Cancellarius librum Sacrarum Ordinationum authenticum. In quo deferibat dietim, quæcumque pertinent ad celebrationem sacrarum ordinationum, etiam quæ priuatim fiunt, hoc ordine.

Publicationem edicti ordinationis habendæ cum indictione ordinationis. Presentationum promouendorum.

Delegationem processus informatiui, & publicationis nominum, ac etiam tituli Patrimonij, & relationis transmissionem.

Assignmentem loci & temporis exercitiorum suscipientibus ordines sacros.

Exhibitionem testimoniorum & dimissoriarum ab ipsis ordinandis factam.

Delectum examinatorum.

Examen.

Approbationem, vel reiectionem ex votis secretis examinatorum, eum expressione causæ reiectionis, quæ expressa sit in tractatione inter illos habita palam ante vota secreta.

Recognitionem generalem admissorum in examine, quò ad testimonia & dimissorias exhibitæ, & informationes de illis sumptas ex officio, & alias eorum qualitates.

Deliberationem Archiepiscopi super interstitio anni præscripto à Concilio Tridentino.

Lectionem literarum apostolicarum Pij

II.